



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

X. De ordine cognitionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

tutis, celebratus, licet ex utriusque partium consensu, est ipso jure nullus; non etiam actus judicialis tempore feriarum ob messem & vindemiam mutuo litigantium consensu celebratus. Ratio diversitatis est, quia in priori casu feriae juris sunt publici, non tam in singulorum gratiam, quam totius Reip. causa introductae, & mandatae auctoritate Ecclesiae, quibus propterea privata pactione renunciari non potest. Posteriori vero casu feriae in singulorum potius gratiam, quam Reip. causa, introductae sunt, unde & singuli renunciare his feriis possunt.

*d. c. ult. in fine.*

*d. c. ult. in princ.*

De Ordine cognitionum.

TIT. X.

Aliquando incidunt quaedam in iudicium definienda, antequam in causa principali procedatur, vel de quibus disceptatus inter actorem & reum, quae causa prior & quae posterior cognosci debeat, ideo hic sequitur Tit. De ordine cognitionum.

1. Quid si igitur questio praedjudicialis, v. g. natalium, an quis sit filius, l. proximus cognatus, incidat in iudicium petitionis hereditatis?

Tunc

Tunc prius cognoscendum & nunciandum erit, quem esse legitimum, vel cognatum proximam quam an hæreditas ei restituenda vel non: quia causa major (qualis est questio natalium) trahit ad se fam minorem, id est, causam de hereditate restituenda, sive coram eodem dice agatur, sive etiam coram alio veluti de causa natalium coram Ecclesiastico & de causa hereditariam laico. Sic & exceptio confanginitatis objecta mulieri, vindicanti in maritum, est præjudicialis, præcunctianda, quam super matrimonio nunciatur.

*c. 54. De  
jud. c. 1. b. t.*

*c. 1. b. t.*

2. *Quid si agenti spoli nomine vicissim obijciatur spolium?*

Tunc refert, an per modum exceptionis, an vero per modum actionis spolii obijciatur. Nam si reus exceptio-

*c. 2. vers. sed quoniam hoc tit.* vicissim spoliatus, prius de hac exceptione cognoscendum, quam actione spolii. Quia licet spoliatus omnia sit restituendus, ita ut antea tutionem non cogatur regulariter spondere suis spoliatoribus; quando regeritur spolium per modum exceptionis, prius cognoscitur de

*c. ult. b. t.*

exceptione. Secus, si per modum actionis, id est, si Reus non excipiat, sed vicissim agit, se esse spoliatum.

3. Quid si actio criminalis & civilis simul concurrant?

Tunc criminalis principaliter intenta- *Can. Civi-*  
ta excludet civilem. Ubi vero civilis præ- *lis. l. ii. q. ii.*  
judicat criminali, vel contra, præcedere *c. Si cri-*  
illa debet, uti præjudicialis, & altera se- *men iii. q.*  
qui. Quando autem altera alteri non est *ii. Vide*  
præjudicialis, tunc criminalis & civilis con- *Fach. in*  
jungi possunt. *6. 2.*

De plus petitionibus.

TIT. XI.

Inter incidentes in quæstiones est & hæc de plus petitionibus; an scil. Actor plus petierit, quam oporteat.

1. Plus peti quando & quibus modis dicitur?

Quatuor modis. Re, Tempore, Loco & Causa. Re plus petere dicitur, qui majorem summam vel quantitatem petit, quam debetur. Tempore, qui petit ante diem, vel conditionem obligationis adjectam, nec dum scil. existentem. Loco, qui petit alio loco, quam ubi convenit, ut solveretur. Causa qui id, quod in genere vel alternatim debetur, in specie vel præcise petit.

2. Quæ